



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**

Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

XXIII. Conuersiones aliquot rariores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

CAPVT XXIII.

Conuerfiones aliquot variores.

MAGNA fuit, vt antè sæpè dixi, in multis animorum mutatio: quare priusquam Armuziâ cum Gaspare difcedamus, aliquot infigniores, quas ob materiæ fimilitudinem huc confultò referuauimus, exarandæ, reliquis fuo loco collocatis. Præter eas, quas fuprà retulimus, admirabiles hominum metamorphofes tot fuerunt, quot fuiſſe credibile eſt in ciuitate fic repente immutata: harum quatuor nec plures, è quibus ceteræ colligantur, delegi. Ludentem fortè quendam, quòd non ex animi ſententia ſuccederet, tantus furor inuaſerat, vt iurare, blaſphemare, negare, quicquid in cælo & in terra eſſet, iam pænè videretur. Tranſijt tum fortè Gaſpar (quanquam fortuitum eſſe non poterit, quod narratur) & hominem intuitus, admiratus eſt primò feruorem, deinde ipſe quoque alijs verbis furere ac

tona-

tonare aggressus, acriter coepit hominem suæ impotentiae incusare. Quid plura? hoc verborum fulmine ad Patris pedes afflictus veniam petijt, ac non solum in futurum abstinere pollicitus, verum etiam sanctè affirmavit, se à Patris latere nullo vnquam euētū discessurum. Nec flamma fuit eodem propè momento collucens ac disprens, sed verū constansque incendium. sic institit apud Patrem, donec ab eo est in viuendi consortium admissus, in quo vitæ sanctitate id confirmavit, quod in sacris litteris dicitur: Vbi abundauit iniquitas, superabundabit & gratia.

Sed ille non solus fuit. fecerat Pater verba ad populum magno, vt solebat, animi ardore: sed tamen quia de cruce, suis amoribus, loquebatur, longè vehementiùs dixerat. proposuerat crucem. se duce omnibus per vniuersam Turciam, Persidem, ac Arabiam deferendam, vt vel eam Mahometani adorarent, vel certè, quod optandum erat, ipsi-
met

met in eam agerentur. Fuit è concione vnus aliquis, qui cū verbis crucis quoque amorem hauserat, vt descendentī Gaspari ad pedes acciderit, qui fletu magis quàm verbis palàm se cum eo moriturum protestabatur: itaque petebat, vt extemplo ad eam mortem crucemque quærendam, cuius desiderium ferre diutiùs non posset, mitteretur. Is deinde hoc saltè impetrauit, vt lentam crucem & continuam in edomandis animi perturbationibus mortem, sub Gasparis disciplina pateretur.

Sed tertius sese supra ceteros videtur extulisse. Is erat iuuenis, nimium in cultu corporis cōptulus, ac propè puellaris. adfuit is fortè Patris, de mundi contemptu, concioni, cuius verba tantum potuerunt, vt mox à concione palàm se exuerit, vestem cum paupere commutarit, ipse distributis quoque fortunis suis mendicatio victitarit. Noctes porrò totas ad publicæ crucis pedem transigebat, ibi requiem

quæ

quærens, vbi ceteri laborem inueniunt; dies agrorum obsequijs totos consecrabat. Ea viuendi ratione hoc maximè, quod quærebat, est cōsecutus, à mundo non cōtemni minus quā vicissim contemnere: vulgò enim egere cerebro putabatur. Sed nimirum eum ad se venientem Gaspar pro sapiente habuit, & rogantem in suum commercium admisit, tanta hæc ad perfectionem rudimenta tanti magistri lima expoliturum: quod abundè præstitit, cum perpetuis crucis necisque pro eius honore subeundæ desiderijs ageretur.

Sed neque possum non inter hæc enumerare Sacerdotum incolarum subitam in Gasparem conuersionem. Satis conueniebant cum Gaspare, quippe qui tantum illis deferret. vna res eos torquebat; passim solitos antea sibi confiteri ad Gasparem diffluere: eam rem enim uerò, vel quæstus causa vel alia qualibet ferre non poterant. vulgò eos à Gaspare auerti, ad se allici crede-

crede-

credebāt. Auxit eā rem Monajano-
rum militum Gaspari confiteri vo-
lentium verior pertinacia, quā
pietas. Itaque conferunt capita, se
deseri, sperni, vnum Gasparem in-
ore esse. quid remedij? tum nescio
quo dicente, (numine afflatum pu-
to) nemini hoc mirum videri debe-
re, Gasparem innoxium esse; sed eū
esse iam Societatis æstum, quæ vitæ
modestia humiliore loco sita oēs
ad se velut fluctus confluentes ad-
mitteret: itaq; conquiescere melius
videri, & potiùs Gaspari fauere ac
gratulari, sicubi opus erit, etiam o-
pem ferre. Acquieuerunt reliqui, &
vnanimis ad Gasparem venerunt,
operam suam, qua in re vellet, libe-
raliter offerentes. Hæc Gaspari Vi-
carius ipse narrauit, miranti tam
subitam eorum ad se cōuersionem.

CAPVT XXIV.

*Rebus admirabilibus Gasparis con-
atus Deus saepe promouet.*

MULTA sparsimus eiusmodi, nec spernenda: sed præ-
cla-